

MEDICA DISPVATATIO DE DOLORE QVAM

HABEBIT IOANNES ALBERTVS VVYMPINENSIS ARTIVM LIBERA-

lium ac Philosophiae Magister, Præside clarissimo atq; Ornatisimo uiro Domino Adamo
Landauo Medicinæ Doctore, eiusdemq; Professore Ordinario.

78

Vni de causis dolorem efficientibus Medici dissentiant, non immerito sub dubitationem cadit, illi ne rectius iudicent, qui omnem dolorem à solutione continui prouenire contendunt, an uero qui hunc afferunt à sola quandoq; partium inæquali intemperie excitari ita ut earundem continuitas integra permaneat.

2. Qua quidem in disceptatione & opinionum pugna ut quid uerum quidue falsum sit, facilius perspiciatur, non tam autoritatis quam rationis momenta querenda sunt, atq; ideo nos dolorem hic accipimus pro symptomate, quod à morbis ceu causa quadam continentem gignitur.

3. Cæterum cum tria sint symptomatum genera, Dolorem sub actione læsa non quidem naturali nec uitali, sed sub ea facultatis animalis parte, quæ tangendi sensum efficit, comprehendimus.

4. Neq; tamen eius facultatis actio, cum dolemus, prorsus extinguitur aut aboletur, neq; etiam in apprehendendis ijs, quæ sensum tangendi mouent, diminuitur, sed solum modo deprauatur, cum id quod sentiri non deberet, in parte quapiam percipitur.

5. Est autem dolor sensus tristis & iniucundus. quæ definitio tametsi brevis admodum sit, optime tamen naturam doloris exprimit.

6. Huius symptomatis, qui duas inter se distinctas ac separatas causas constituunt, rectius sentiunt, quam qui proprio iudicio & authoritatibus decepti unam duntaxat admittunt, alteram ueluti superuacuam excludunt.

7. Nam uero causam contra Neotericos quosdam statuimus, cum pars supra modum calfacta uel refrigerata uel exiccatâ uel humectata dolore afficitur.

8. Humorem per se nullū excitare dolorem sed eo quod aut calorem aut frigus sibi coniunctū habeat, recte traditū à Galeno monstrabimus.

9. Relique intemperies nunc solæ nunc cum affluxu alicuius humoris dolorem parunt, semperq; ut hoc ipsum prætent illas inæquales esse oportet, quandoquidem intemperies æqualiter per aliquam partem uel uniuersum corpus diffusa doloris sensum non infert

10. Quos fit, ut qui hectica febri laborant, nullam eximodico calore totius corporis habitum æquabiliter occupante molestiam sentiant.

11. Alteram doloris causam ab omnibus concessam ponimus, quando partium solidarum continuitas à causis evidentibus siue externis, ut a vulnerantibus contundentibus uel ab internis ut ab intemperie aut humoribus distractabitur.

12. Sed cum omnis dolor aut uehemens sit aut moderatus, hic quidem ab intemperie sola, nonnunq; à sola continui solutione procreatur, ille uel a soluta continuitate tantum, uel ab hac simul cum intemperie coniuncta.

13. Neutra harum causarum dolorem inducit, nisi subito & confertim corporis temperaturam & compositionem immutet, cumq; permutaciones iam actu fuit, nec omnino ad finem perductæ sunt.

14. Nec satis est ad dolorem concordanum permutatio subito & utolenter introducta, sed requiritur etiam ut partes sentiendi uim adeptæ sine causæq; immutantis actionem percipient.

15. Certum enim est, nullam particulam dolorc tractare nisi quæneruos aut aliam ex his contextam substantiam uel instrumentum sentiendi recipiat à cerebro.

16. Quinetiam sentiendi facultas sola doloris uim sine rationis adminiculo non apprehendit nec dijudicat.

17. Propterea cum ratio laborat, etiamsi per neruos ad partem uirtus sentiens ac cerebro transmittatur, tam dolor non sentitur, cum nihil sit, quod tristem sensum a iucundo dignoscat.

18. Hinc optime dictum fuit ab Hippocrate: Qui in aliqua corporis parte dolentes, dolorem ferè non sentiunt, ijs mens ægrotat.

19. Neq; alia causa potest assignari cur in resolutionibus membra corporis nonsentiant, nec doleant, qui in acri certamine uulnerantur, quā quod in illis neruis sint obstructi, in his uero calor nativus ac spiritus animalis in multas partes distractatur, totusq; animus potissim uictoriæ incumbat.

20. Ea quæ dolorem faciunt siue ad naturalem statum male affectam partem, siue ad eum qui præter naturam est bencualentem ducant, dolorem semper generant, modo magnas & subitas mutationes excitant.

21. Nec ueritatem huius sententie labefactat quod alicubi Galenus uoluptatem fieri scribit, quum aliquid ad suam naturam celeriter & confertim reducitur.

22. Nam dolor in eo ad naturalem statum regressu non per se sed per accidens oboritur, cum uidelicet contrariorum inter se pugna & collusio quædam sit, a qua dolorem generari necessum est.

23. In differentijs dolorum recensendis grauiter hallucinantur, & merito perstringunt à Galeno, qui sensuum obiecta confundentes dolorem austерum, acerbum & adstringentem appellant.

24. Dolor inflammationibus interdum præbet initium uiresq; si modum excedat, prosternit.

25. Quapropter mirum non est, quandoq; cogi medicos neglecta curatione morbi, symptomatis istius mitigationem suscipere, cum tantum auget morbi uim, quantum in suo uigore uirtutem deijcit atq; profligat.

26. Cæterum quæ dolorem mitigant medicamenta Græcis ἀνόδων uocantur, eamq; naturam obtinent, ut in primo gradu calfactant partes corporis à dolore nonnihil compactas rarefaciant, aperiant, discutiant & resoluant.

27. Quæ uero dolorem demulcent propter causæ morbum efficientis remotionem, impropriè dici anodynæ cum Galeno afferimus.

28. Ab his differunt ναρκοτικα quibus quidem doloris uehementer affligeris mitigationem consequimur aliquando, sed morbus, nisi calidus sit, illorum usu potius exasperatur quam lenitur.

29. Locum itaq; non habent, nisi cum dolor insignis uires supra modum exhaustit, nam non alia ratione dolorem leniunt, quam quod sensum partis obtundunt & ad percipiendas doloris iniurias ineptum reddunt.

30. Inter stupefacentia primis tenet opium & maiori cum periculo exhibetur, quod sanè an quartum frigiditatis excessum attingat, Et si multi ob amaritudinem insignem dubitent, tamen id uerum esse rationibus non infirmis tuebimur.

MEDICA DISBALLO DE DODGE AVIA

HVBEBILIOVMESETDELLA AVIATIBER V

28

Primum lumen quod est in oculis obliquis.

Secundum lumen quod est in oculis rectis.

Tertium lumen quod est in oculis obliquis.

Quartum lumen quod est in oculis rectis.

Vimum lumen quod est in oculis obliquis.

Sextum lumen quod est in oculis rectis.

Sextum lumen quod est in oculis obliquis.

Octavum lumen quod est in oculis rectis.

Nonum lumen quod est in oculis obliquis.

Decimum lumen quod est in oculis rectis.

Undevicesimum lumen quod est in oculis obliquis.

Duodecimum lumen quod est in oculis rectis.

Undevicesimum lumen quod est in oculis obliquis.

Duodecimum lumen quod est in oculis rectis.

Undevicesimum lumen quod est in oculis obliquis.

Duodecimum lumen quod est in oculis rectis.

Undevicesimum lumen quod est in oculis obliquis.

Duodecimum lumen quod est in oculis rectis.

Undevicesimum lumen quod est in oculis obliquis.

Duodecimum lumen quod est in oculis rectis.

Undevicesimum lumen quod est in oculis obliquis.